



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude


August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 1. Comaclensis urbis restitutio a Papa S. Cardinalium Collegio
annuntiata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](#)

Ordo Equestris S. Georgii a Bavaria Electore institutus.



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.

LIBER CCXXV.

BENEDICTUS XIII. PONTIFEX MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

*Comaclensis Urbis restitutio S. Cardi-
naliū Collegio annuntiata.*

Jam anno hujus saeculi vigesimo quarto Sæc. XVIII.
de Comaclensis Urbis restituendæ A. C. 1728.
Hist. Eccles. Tom. LXXXII. A con-

Sæc. XVIII. conditionibus inter Benedictum XIII. & A.C. 1723. Carolum VI. Imperatorem agebatur.

Res tamen plene componi haud poterat, tandem vero complanatis utrinque dissidiis Cæsarei milites Mense Februario ultro Urbe concederunt, & Apostolica Sedes primæva veteris suæ possessionis jura recuperavit. Prosperum hunc rei exitum Benedictus XIII. die 29. Januarii in consueto Senatu Cardinalibus significabat, eos his verbis allocutus: „Venerabiles Fratres, re„spexit Dominus in hæreditatem suam, „& Sanctuarii jura, collatis concordi „fædere Sacerdotii, & Imperii officiis, „per Cæsaream pietatem, justitiamque „reparavit. Diuturnis quidem studiis „curisque, ut Fraternitatibus vestris „explanatissimum est, nihil intentatum „reliquerat felicis recordationis Cle„mens XI. prædecessor noster, ut in „pristinam possessionem civitatis Co„macensis hæc sancta Sedes restitue„retur. At licet adversa temporum „conditio fructum Pontificiæ sollicitu„dinis retardaverit, rationes tamen „hujus sanctæ Ecclesiæ asserere eximia „cum sui nominis gloria, ad extre„mum usque vitæ spiritum ille non „destituit. Pari quoque sollicitudine, „prudentiaque, quod vos nescire non „dubitamus, rem ad optatum prope „exi-

„exitum perduxerat felicis recordatio- Sæc. XVIII.
„nis Innocentius XIII. prædecessor iti- A.C. 1728.
„dem noster, sed mors interveniens
„et si illi de solertiæ laude nihil decer-
„psit, confetti tamen operis lætitiam
„intercepit. Nobis vero, qui nostram
„agnoscentes, ac testantes infirmita-
„tem in labores eorum int̄roivimus,
„gaudium hujus prosperi successus con-
„solator humilium Deus reservavit, in
„hoc operam, & labores adhibendo.
„dilecti Filii nostri Cardinalis Cienfue-
„gos, quod vobiscum hodierna die ex
„hoc loco, ut moris est, communican-
„dam duximus, Fraternitatibus vestris
„significantes, charissimum in Christo
„Filium nostrum Carolum Romanorum
„Regem in Imperatorem electum, pia,
„& illustria Majorum suorum exempla
„prosequentem, suæque religioni &
„æquitati, ac nostrorum simul, quos
„laudavimus Antecessorum, paternis-
„que nostri Apostolatus officiis obsecu-
„tum, possessionem Comaclii dimisisse,
„ut in eam hæc sancta Sedes restitue-
„retur ut prius, quo autem pacto res
„ipsa peracta sit, præstat ex tractatus
„conventionibus, quas vobis recitari
„volumus, Fraternitates vestras acci-
„pere. Magnificemus igitur, venera-
„biles Fratres, Deum protectorem, &
„demus gloriam audi ejus, qui ad

A 2

,no-

1728. 1728

Sæc. XVIII. „ nostræ imbecillitatis ministerium pro-
 A. C. 1728. „ pterea opus misericordiæ suæ distu-
 „ lisse videtur, ut nomini suo, quidquid
 „ est prospere gestum, unice assignare-
 „ tur. Ejusdem præterea charissimi in
 „ Christo Filii nostri laudes digno præ-
 „ conio celebremus, q̄ i in colenda ju-
 „ stitia, sanctæque Ecclesiæ rationibus
 „ tuendis præcipuam Austriaci sangu-
 „ nis, & Cæsarei nominis gloriam col-
 „ locare gestit. „

Ita sane Benedictus an in obtinen-
 do felicior vel in prædicanda hac
 felicitate verecundior fuerit, dubiam
 reliquit, id omnino certissimum, lau-
 dem & gloriam adeptum fuisse ab om-
 nibus, dum a nullo laudari concipi-
 verat.

§. II.

Prospera Religionis Catholicæ auspi- cia in Maroccano Regno.

Vide supra
 pag. 554.

Quamprimum rumor de Debii Maro-
 chii imperatoris animo in Chri-
 stianos propenso in Galliis increbuerat,
 mox P. Beguinus & tres alii Religiosi
 ex Ordine Fratrum de Mercede ab eo-
 rum Superioribus decernebantur, ut
 Christianos dira servitute ibidem pres-
 fos